



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regula Sancti Patris Benedicti

Benedikt <Montecassino, Abt, Heiliger>

Moguntiae, 1604

X. De absolute Præsidentis, & aliorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64533)

DE ABSOLVTIONE PRAE-
sidentis, & aliorum Prælatorum, ab
eorum Regimine.

*Hoc Capitulum legit Pater Præsident Dominica
quarta post Pascha, dicta Nona, coram
omnibus de Capitulo.*

CAP. X.

DOMINICA igitur quarta post Pascha,
solenniter cantata à Patre Præsidente
Missa de Dominica, cum commemoratione
de Spiritu Sancto, vt supra dictum est: post
Nonam pulsata Campana, & omnibus qui
sunt de Capitulo in loco ad id deputato Cõ-
gregatis genibus flexis, præmissa mentali ora-
tione, Præsident Regiminis omnes de Capi-
tulo, huiusmodi alloquitur sermonibus.

2. Patres, & Fratres dilectissimi, quia secun-
dum antiquam, & laudabilem consuetudinẽ
nostram, tempore Capituli Generalis vacare
debent omnia Beneficia, Dignitates, Præla-
tiones, & officia Generalis Regiminis: id cir-
cò ego D. N. humilis Præsident Congregati-
onis Monachorum de obseruantia Casinensi,
aliàs S. Iustinæ, vice, & nomine totius Capitu-
li Generalis, Apostolica ac etiam Constituti-
onum nostrarũ auctoritate, absoluo omnes
& singulos Visitatores, Abbates, Priores,
Administratores, & omnes habentes tam ti-
tulum quam principale regimen Monaste-
riorum nostrorum, ab eorum officiis, cura,

admi-

administratione, titulo, & regimine, & absolutos pronuntio.

3. Si verò Præsidens non inter fuerit Capitulo: antiquior Visitator, qui illic aderit omnibus supradicta, nomine & vice Præsidentis pronuntiet. Qua absolute facta, ceteri omnibus discooperto capite surgant, eidem absolute pronuntiationi reuerenter annuētes: locaque suæ Professionis illicò perant.

4. Subsequente Præsidentis dicat. Et ego N. denuntio me absolutum, iuxta tenorem Privilegiorum & Constitutionum Congregationis nostræ, ab Officio Præsidentie & Visitationis, nec non à Titulo, Regimine, & administratione Monasterii S. N. Placeat itaque Paternitatibus vestris die statuta promouere de magis idoneo.

5. Posthæc prostratus coram omnibus decessibus & negligentis suis se accuset: & iudicat se Capituli correcti, veniam & Commutationem pro se à Fratibus postulans. Et facto signo ab antiquiore Capituli surgat, & redatur ad locum suæ Professionis.

6. Similiter omnes alii faciant, qui in illo Monasterio Visitatores fuerint, aut Monasterio principale regimen habuerint, vnusquisque secundum ordinem suum, incipiendo à antiquiore. Et facto signo ab antiquiore surgant ad suæ Professionis loca redeant. Quibus actis, ad electionem Diffinitorum procedatur.